



8 G.



L audá-te *pú- e-ri* **Dó**minum : * laudá-te *nomen Dó-*



mi-ni.

2. Sit nomen *Dómini benedíctum*, * ex hoc nunc, et usque *in saéculum*.
3. A solis ortu usque *ad occásum*, * laudábile *nomen Dómini*.
4. Excélsus super *omnes gentes Dóminus*, * et super caelos *glória ejus*.
5. Quis sicut *Dóminus Deus noster*, qui *in altis hábitat*, * et *humília réspicit in caelo et in terra?*
6. Súscitans *a terra ínopem*, * et de stércore *érigens páuperem* :
7. Ut *cólocet eum cum princípibus*, * cum princípibus *pópuli sui*.
8. Qui *habitáre facit stérilem in domo*, * matrem *filiórum laetántem*.
9. *Glória Patri, et Fílio*, * et *Spirítui Sancto*.
10. Sicut erat in *princípio, et nunc, et semper*, * et in *saécula saeculórum. Amen.*